

## DOCUMENTOS

### ALGUNOS DOCUMENTOS DE INMUNIDAD DE TIERRA DE LEON

Una de las primeras monografías que publicó Sánchez-Albornoz hace ya muchos años versó sobre *La potestad real y los señoríos en Asturias, León y Castilla (Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos, Madrid, 1914, XXXI, 262-290)*. Trazó en tal monografía un estudio de la inmunidad en el reino de León y Castilla. Ha vuelto sobre el tema en su obra, aun inédita, *Orígenes de la Reconquista y de las instituciones castellano-leonesas*. Las conclusiones del trabajo publicado fueron aceptadas y elogiad as por Barrau-Dihigo en sus *Recherches sur l'histoire politique du royaume asturien (718-910), Revue Hispanique*. París-New York (1922, LI). Nadie ha intentado renovarlas y todos las han admitido, incluso F. Lot (*Histoire du Moyen Âge*, T. I. de la *Historia Glotz*) quien, aunque, sin conocer los fondos diplomáticos manejados por Sánchez-Albornoz, le ha reprochado, sin embargo, el utilizar algunos documentos falsos. Tan sólo aprovechó Sánchez-Albornoz un documento, cuya autenticidad ha sido puesta en tela de juicio después de la publicación de su trabajo. Me refiero a la donación del Alfonso II a la iglesia de Valpuesta fechada en 804. Los demás por él citados son todos auténticos y por ello son firmes sus conclusiones sobre los diversos tipos de concesiones de inmunidad que se registran en la época astur-leonesa. Distingue Sánchez-Albornoz, en efecto: a) Una concesión de tipo negativo que consiste en la prohibición por el rey de que entren en la tierra favorecida por el privilegio de inmunidad los funcionarios reales: condde, merino, sayón. b) Otra concesión de tipo negativo, en virtud de la cual el rey entrega la tierra privilegiada *sin rausso, homicidio y fossatara*, es decir con la exención del pago por sus moradores a los funcionarios regios de las penas pecuniarias inherentes a los delitos de rapto, homicidio, etc., y de la contribución de guerra. c) Una concesión positiva de la cobranza de las penas e impuestos que solía recaudar la regia autoridad en las tierras no inmunes. d) Y otra concesión positiva, cuyos términos se acercan a las fórmulas de nombramiento de condes o gobernadores de distrito, concesión en que se dispone que los habitantes de la tierra exenta "ad uestram concurrent ordenationem pro uestris

"utilitatibus peragendis", según dicen los documentos dirigiéndose a los concesionarios de la merced regia.

Las diversas fórmulas de concesión de inmunidad registradas por Sánchez-Albornoz sobre documentos auténticos, aparecen confirmados por los que reúno aquí. Todos proceden del reino de León (910-1037) y aún de la región leonesa. Los he copiado de fotocopias del Tumbo Legionense y de los fondos diplomáticos guardados, como el Tumbo, en el Archivo Catedral de León. Unas son concesiones de privilegio de inmunidad, otorgadas por reyes leoneses desde García I, hijo de Alfonso III el Magno. Otros son donaciones de particulares, de tierras adornadas con el privilegio señalado, porque, como Sánchez-Albornoz hizo observar, la inmunidad se otorgaba a una tierra no a una persona y la tierra que llegaba a ser inmune seguía siéndolo siempre, aunque cambiara una o muchas veces de propietario (documentos IV, VI, VIII y X). Y algunas son escrituras procesales en las que también queda atestiguada alguna concesión de inmunidad (documento IX). Entre las donaciones reales y las donaciones particulares aparecen señalados los diversos tipos de concesiones de inmunidad diferenciados por Sánchez-Albornoz<sup>1</sup>. Ciento que en las de tipo positivo sólo aparece la frase "ad uestram concurrent iussionem (ordinationem o preceptum)" sin el final "pro uestris utilitatibus peragendis"; pero no es seguro que la falta de tal frase pueda implicar que no nos hallemos en presencia de auténticas concesiones de inmunidad, pues naturalmente que la merced regia reciente o antigua se hacía siempre en beneficio de los favorecidos con la misma. Más dudoso es que impliquen la concesión del privilegio de inmunidad, las donaciones reales en que se dice sólo que el disfrute de la tierra concedida fuera "quomodo fuit post partem regis", aunque no sea posible rechazar con certeza la probabilidad de que tal merced supusiera en verdad tal privilegio (documento I).

JULIETA GUALLART.

- <sup>1</sup> a) Negativa, documentos IV, VII.  
b) Negativa, documentos III, V.  
c) Positiva, documento V.  
d) Positiva, documentos II, III VI, X<sup>III</sup>V, X.

## I

3 de febrero de 912<sup>1</sup>

*García I da al monasterio de San Cipriano el castillo de Fano como  
había pertenecido a la potestad regia.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis uobis gloriosissimo martiri Dei egregio sancto Cipriano episcopo, in cuius nomine et honore fundata est basilica antiqua et monasterio fratrum constructum in Dei nomine congregatum super crepidinis aluei Estula. Ego Garseanus rex gratia Dei et Mamadona regina siue abbatи nostro domino Eliseo, uelut eos qui in Christo subcesserint una cum comitibus iugum Christi portantes sub religionis tramite perseverantes nepe enim, propter amore beatissimi paradisi et auadendum laqueus penarum in ferni, damus atque litamus pro sacro sancto altario uel patrono nostro sancto Cipriano episcopo, pro sustentatione fratrum et pro elimentum (sic) tribuere peregrinorum uel ospitum et sacrificium sacri sancti altaris offerentibus, Castro que uocitant Fano cum omnibus terminis et aiacentiis suis: montes, fontes, pratis, padilibus, exitus, aquaductibus, molinorum, quomodo fuit idem post partem regis et si aliquis eas auferre uoluerit cum Iuda traditore Domini habeat participium in eterna dampnatione et cum Datam et Abiron lugeat penas et in super uero tempus uel eorum tempus aduenerit ipsa hereditate habeat duplata et hoc concessio plenam habeat firmitatem. Facta cartula donationis uel testamenti III nonas februari. Era DCCCC X<sup>v</sup>.

Garseanus rex in hanc concessionem a nobis factam (signum). Mamadona confirmans (signum). Hordonius princeps quem relegendo cognoui hunc seriem testamenti confirmans (signum). Filoria eius confirmans (sic) (+). Flaginus dei gratia episcopus confirmans (+). Iamnadius dei gratia episcopus confirmans (+). Sauarius episcopus (+). Sisegutus Petriz. Recemirus cognomenta Abolfetæ (+). Guterius Menendiz (+). Aliperci testis. Aresindo testis. Iustus testis. Dominicus subdiaconus titulauit.

*Tumbo de León, fol. 38.*

<sup>1</sup> El documento aparece fechado en la Era 940, año 902, pero en tal año, no reinaba todavía García I, que ascendió al trono a la muerte de su padre Alfonso III en 910. Por ello creo que el copista del Tumbo Legionense cometió un error al transcribir el texto original.

17 de marzo de 920<sup>1</sup>

*Ordoño II da a la Sede de León la villa llamada Valle de Lobone con el privilegio de inmunidad.*

Testamentum regis domini Ordoni de Ualle Lobone.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ordonus nutu Dei rex dominis inuictissimis ac triunphatoribus meis sancte Marie semper Uirginis et sancti Cipriani episcopi uel omnium fidelissimorum testium Christi cuius sedis constructa esse dinoscitur ciuitas Legionensis intus munitione muri damus atque concedimus, ipsius ecclesie sancte desuper dicte et patri nostro Gundisaluo episcopo, uilla que uocitant Ualle de Lupone de suis terminis nominatis de illa retorta et per termino de Agro Cresconi et per termino Guestremino et inde Valle ad sursum usque termino de Patre et inde in Gandra et inde per carraria antiqua; ab integro concedimus ipsa uilla cum omnes habitantes in ea uel qui uenerint ad habitandum ad uestram concurrant iussionem. Ita quoque eam concedimus sedis memorata et episcopi uel monachi ut firmiter atque inreuocabiliter illam obtineant ex dato nostro. Si quis ipsam uillam auferre presumpserit ab eodem loco et uotum nostrum disrupte conauerit, tam regia potestas quam populorum uniuersitas quisquis ille fuerit in primis sit segregatus a fide catholica et nec ad fide percipienda illi comunio baratro dimersus ultricibus nec euadat penis tartareis sed cum Iuda Christi proditore participium sumat in eterna dampnatione et insuper ipsa uilla in duplo. Facta series testamenti die XVI Kalendas aprilis. Era DCCCLXV.

Hordonius princeps hanc cartam testamenti uobis factam confirmo (signum). Sub Christi nomine Fortis, dei gratia episcopus, confirmans (signum). Sisebutus ben Pepi (+). Aloitus Froilani (+). Tello Eguriazi testis. Gudesteus Collazus testis. Apelia testis. Lacenius testis. Adulfus diaconus notuit.

*Tumbo de León, fol. 9.*

<sup>1</sup> El documento aparece datado en la era DCCCLXV, año 927, pero en tal fecha había ya muerto Ordoño II. El diploma no puede proceder de Ordoño III, ni de Ordoño IV porque le suscribe el obispo Fortis de Astorga, que gobernó su sede desde 920 a 929. (*Esp. Sagr.*, XVI, pág. 148). Creo que el escriba del Tumbo Legionense copió con error la data del diploma original.

## III

12 de abril de 920

*Ordoño II concede al obispo Cixila y al monasterio de Abeliar el privilegio de inmunidad en sus villas.*

Nos uero, Ordonius rex et Geloira regina, uobis patre domino Cixilani episcopo et fratribus sanctorum Cosme et Damiani, per hanc nostre preceptionis, ordinamus uobis uestras uillas uel cortes iugarios, molinarios aut hereditas uestra ubi cumque fuerit non abeat, super se, omizidium neque fosatera aut rossum uel aliquam inquietacionem sed ad uestram uel monasterii concurrent ordinationem et qui hunc factum nostrum infringere voluerit regia potestas qui talia commiserit in primis descendat super illum ira Dei et indignatio celestis omnesque Dei sanctos in diei iudicii habeat contrarios et cum Iuda Domini traditore lugeat penas in eterna damnatione et hunc factum nostrum post partem eglesie reponimus consignandum. Facta cartula testamenti II idus aprilis. Era DCCCC LVIII. Ordonius serenissimus princeps hunc (testamentum) a nobis factum, confirmans (signum). Geloira regina confirmans (signum). Gunsalbus prolis regis confirmans (signum). Sub Christi nomine Ouecco episcopi ouetense sedis confirmans (signum). Sub Christi nomine Ornatus episcopus lamedense sedis confirmans (signum). Fredo Ansurici comes confirmans. Osorio Gutierrez comes confirmans. Gutier Menendiz ubi presens fui (signum). Teodemirus notuit confirmans (signum).

*Archivo Catedral de León, N.º 810.*

## IV

27 de enero de 924

*Piloti da al monasterio de San Martín del río Ceia varias villas y heredades, entre ellas la de Otero de Rey, con el privilegio de inmunidad.*

*Titulus de testamentus comitum et nouilium militum.*

*Testamentus de Ualle Populo.*

*Sub imperio opificis rerum qui cuncta ex nichilo creauit uisibilia et inuisibilia quoque eciam pro nostram salutem de sedem supernam des-*

cendens et humanam carnem adsumens qui est unus in trinitate et trinus in unitate. Ipsi laus, honor et gloria, in seculorum seculis. Amen. Ego quidem indigno et peccatrix Piloti confessio domnos et inuitissimos hac post Deum michi fortissimos patronos meos semper permanens confessores Christi, sancti Martini episcopi et sancti Emiliani presbiteri et confessores Christi et sancti Mametis, cuius reliquie reconditae sunt secus flumine Ceia, locum hunc prefatum que uocitant Ualle de Populo seu et uobis Christi certatrices qui ibidem decunt uitam in Deum sub regiminis tramitem Gondisalbus abas uel eciam omnes seruas dei quas deinceps ibidem uenerint conuersando. Et ego exciuus et famulo dei desuper iam memorado uestras et omnium seruuorum Dei adelines (sic) salutem in Deum. Qui expuncta morte de hoc seculo ad alium humano transfertur anima, qualis namque illic semper uenire considerat qui hic ad bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim Dominus dicens dat et dabitur uobis ut et omnia qui in hunc mundum ad husum hominis conferuntur a Deo qui creauit omnia ordinantur et ideo ut merear uestro sancto suffragio apud Deum a cunctorum meorum nexibus absolui peccaminum et desiderante uite eterne, placido percurrere passu, offero sacro sancto altario uestro pro remedium anime mee: In primis concedo ibidem domum istam quam a manibus meis fundauit et erexit a pauimento usque ad sumitate cum templum mirificum et domus oracionis uocabulo Sancti Martini episcopi et hagmina sanctorum qui in ipso loco sancto reconditionem meruerunt accipere. Item et uillas ad seruendum concedo, in primis Uilla Fortunio ex integra cum suas hereditates et cum omnia sua pres-tancia; et in Montesumzello, duas porciones; et in Melgare, uilla ob-tima iusta Oteros de Rege, quos abui de parentes meos; et in ipsa uilla numquam intrauit iussu regis non pro roso non pro omicidio, non pro furtu, non pro qualiquumque rem mala faciendum. Item ex in Ueiga de Sancti Adriani concedo monasterio uocabulo Sancti Andree cum suas hereditates, terras cultas et incultas, ortos, linares, sesigas, mulinarias, pratis, pasquis, paludibus, saltus aquis aquarum cum ductibus earum, arbores fructuosas et infructuosas, cesu et regressu, secundum iuri meo tenui eam; et in riuulo Turio, mulinos duos iusta illos de Fortes Iustiz. Item in Uilla Matella iuxta Uilla Sesgudi ab omni integritate cum uineis, terris et locis suis. Item in Uillella iuxta monasterium de alia pars ripa fluminis Ceia ab integro cum uineis, terris, pratis, pasquis, paludibus, montes, fontes, exitus hac cessum uel regressum; et in Lam-preana, in Uilla Fafila, palacios obtimos cum suas hereditates; et in Terrones, pausadas VIIem; et iusta Riuulo Sicco, monasterio Sancti

Petri de Couellelias ab omni integritate, et iusta monasterio, uilla quam dicunt Pozolos; et in Recu de Mauzoti, Algodre; et in Aradoi, uilla quam dicunt Mereteses. Et in Zarnora, monasterio Sancti Micaheli; et adhuc cum Dei auxilio in Pinedo, monasterio Sancti Bauduli. Hec omnia ad domino Deo et fratribus ipsius monasterio Sancti Martini concedimus nulli ex heredibus nostris a usu reseruans tritulare aut demulire uel subripere neque nos uel filii nostri, quod si quis fecerit uel temptauerit, sit Deo reus et sanctis angelis eius anathema mari-nata percussus et a comunione sancte catholice ecclesie exul et extra-nus et in super dampna temporalia pariet post parte regis auri talenta **Xm** et hec testamentum roborem abeat firmitate per secula cuncta. Factum testamentum quod est VI.<sup>o</sup> Kalendas februarias. Era DCCCCLXII— Ego Piloti confessus in hunc testamentum quem fieri uolui manu mea propria roborem, inieci (signum).

Hordonius serenissimus princeps manu mea (signum). Sub diuina potestas Gondisaluus episcopus (signum). Sub Christi Nomine Rudesindus episcopus (signum). Genesius presbiter testis. Salbatus pres-biter testis. Abraham presbiter testis. Piniolus presbiter testis. Analso diaconus testis. Bonellus diaconus testis. Seuerus abbas testis. Gode-sindus abbas testis. Stephanus abbas testis. Hanni presbiter. Cesanus presbiter. Malladon diaconus. Cipius Dominicus confesso. Zitaio pres-biter. Velasco presbiter. Abaiub presbiter. Felix abbas testis. Viuendus abbas testis. Frater Gilindo testis. Felix diaconus testes qui et nota-rius (signum). Nunus Pinioliz confirmans. Pinole Gundimariz confir-mans. Rodericus Velasquiz confirmans. Vimaredo Monniz confirmans. Asur Fredinandiz dux confirmans (signum). Froila Velaz comite confirmans (signum). Fortes Iustiz confirmans (+). Gutier Suariz confirmans (+).

*Tumbo de León, fol. III.*

V

*11 de abril de 929*

*Alfonso IV da al monasterio de Abeliar la villa de Naves, con el privilegio de inmunidad.*

Testamentus quo fecit Rex dominus Adefonsus, de Naues, ad mo-nasterium sactorum martirum Cosme et Damiani.

Patri domno Cixilani episcopo Adefonsus rex. Per huius nostre preceptionis serenissimam iussionem donamus atque concedimus uobis et fratribus monasterii sanctorum Cosme et Damiani, in cuius honore basilica fundata est et monasterium constructum in suburbio ciuitatis Legionis, secus fluuio Turio, uocabulo Abeliar. Donamus uilla nostra propria que uocitant Naves iuxta fluminis Porma et Estola, per suis terminis antiquis. In primis per illa karraria antiqua qui uadit de Rotarios pro ad Monasteriolo et pertransit ultra illos riuos; et inde per illa orta antiqua iuxta Uilla Noua ad inprono et affiget in Petras Nigras et pertransit illo riuo et per illo sauto de Aiuardo; et per illa karraria antiqua qui uenit ad Uilla Oruano et inde per illo rego qui uenit de Rotarios per ad Ecclesiam et inde uadit ad Otero de Kaluos super karria (sic) qui uadit pro ad Mazellarios et affiget ad Rotarios unde prius diximus. Ipsa uilla cum suo riuo et suis pelagis quantumque ad ea pertinet cum sua hereditate ubi ea potueritis inuenire, absque alio herede et sine rosso et homicidio et fossataria, uobis ea ab integritate concedimus et illa aqua pro ad ipsa uilla ab omni integritate cum omnibus utilitatibus et prestationibus suis, de ipsis molinos de Domnos Sanctos, qui fuerunt de domno Melic abbate, usque ubi cadit in flurnine Estula, absque alio herede uobis eam donamus atque concedimus. Et alia hereditate que abemus in uilla de Oruane per karrale qui discurret de Uilla Rodanio pro ad illa Naue, et inde per termino de fratres de Sancto Romano, et inde per illa orga usque affiget in Uado de Uakas, medietate de ipsa hereditate ab integro, tam de hinc riuulo quam et ab hinc, tam sautos quam et orgas; et una terra ante ipsis molinos ab integro. Ipsa uilla et ipsas hereditas per istos terminos supra nominatos ab omni integritate concedimus eas huic loco sancto superius nominato et tibi Cixilani episcopi et fratribus tuis, qui ibidem sunt commorantes uel uenerint ad habitandum, adhuc abeant et possideant post partem ecclesie sancte, perpetim vindicent hac defendant, propter remedium anime nostre; ut nos de pecatis nostris ante Deum ueniam percipere mereamur. Et si quis uenerit contra hunc factum nostrum uel donationem ad infringendum uel mutilare conauerit, tam filiis quam ex propinquis uel de extraneis, quisquis fuerit qui talia commiserit, in primis ira Dei omnipotentis descendat super eum omnes que Dei sanctos in diem iudicii habeat contrarios et cum Iuda Domini traditore lugeat penas in eterna dampnatione et hic judiciali sententia coartus regia partem auri talenta decem pariare cogatur. Et quantum quantum (sic) calumpniauerit exoluat in duplo et post partem ecclesie firmiter obtinenda. Facta series testamenti III idus aprilis. Era

DCCCC<sup>a</sup> LX<sup>a</sup> VII<sup>a</sup>. Adefonsus rex hanc concessionem uel donationem a nobis facta confirmans (signum). Ranimirus frater regis confirmans. Sub Christi nomine Dulcidius episcopus confirmans. Sub Dei gratia Oueccus episcopus confirmans. Sub Dei auxilio Julianus episcopus confirmans. Pelagio Tidoniz confirmans. Sanctio Mudarrafæ confirmans. Xristiconio Quiriaci confirmans. Guter Menendez confirmans. Reuello Anoliz confirmans. Gundisindus Eroni confirmans. Luminosus abba confirmans. Iohannes abba confirmans. Uimara diaconus scripsit (signum).

*Tumbo de León, fol. 452 vº.*

## VI

*6 de diciembre de 960*

*El obispo Ilderedo y varios familiares donan a la Iglesia de León la villa de San Claudio en la ribera del Araduey, con el privilegio de inmunidad que en ella poseían.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti in secula seculorum regnantis Deus noster. Amen. Ipse dominus noster Ihesus Christus Nazarenus lux qua salute prodit mundi sancta et uenerabile genitricis eiusque uirgine Marie, seu apostolorum eorum ac martirum, quorum reliquie recondite manentur in uillam sedis antiqua ic in urbem Legionensem sollempnem dedicatam atque ecclesiam constructam in qua diuino spiritu elantem sub monachi uitam deientes et ceteriant occurrentes pererum ospitesque substantanter in honorem igitur beate Marie virginis orumque martirum suffragia pax ecclesie cunctis fidelibus. Amen. Ob hoc quod clementissimus mediator homo et deus nobis exortante dinoscitur. Uoce pia cum dicit uigilate et orate quia nescitis diem neque oram sed cum dicit proculdubio nouis a boni operis animo sollicitur et mundialis lux entenendo que nos ad celum creatio ad petere inuitat nec subito absque fructu bonorum operum miser homo ab hanc uitam discedat. Unde ego pregatus licet inutiles dum reuoluitur mente defixus quicquid adquiritur de facultatibus mundi perituriis homo secum ex inde portatur abituris, tamen ego Ilderedus ac si indignus episcopus, una cum sanguineis meis Abraham presbiter et Ballelle, Zuleiman, Scenne, Ruderigo, Argimiro, Albaro

presbiter et Gratiosa, uobis dominus noster atque confrater Gundizaluu, gratia Dei Legionum sedis episcopus, offero et dono atque concedo pro substantiatione patrum episcoporum succedentium monacorumque uiuentium seu pauperum et peregrinorum aduenientium uilla nuncupata quam dicunt Sancti Claudi, qui est fundata super ripam alueum Aratoi, ex integra per suis terminis antiquis cum omnes homines habitantes in ea seu qui ibidem uenerint ad habitandum ad uestrum concurrant preceptum et uestrum exerceant seruitum et ad sedem Sancte Marie pro remedium pro remedium (sic) animabus nostris. Ipsa uilla cum uineis et terris, domos et hedifitiis, pratis et pascuis, sautos et deuesa, pescarias et molinarias, ortis et oleris, aquas cursiles uel stantes uel omnia quicquid ab prestitum omnis est uel omnia res per terminis et locis suis: primo termino per Pennella usque in molino antiquo et per media aqua de Aratoi. Adicimus etiam uobis senera una, qui iacet super ipsa ecclesia Sancti Claudi. Quam ob rem accepimus de uos in dono siue in nostra offertione discos uero argenteos duos, uaso uno scolfito de aurato, cauallo uno per colore rosello, cum sella argentea et freno argenteo, et alio cauallo mauricello, cum sella uermella et freno aluo, uno mulo amarello, una pelle botege et manto furuz. Hec omnia ipsa uilla ob amorem domine et genitricis gloriae Marie ic sane concedimus perenniter habitura o domina mea genitrix Domini nostri semper uirginis quem tenuisti in mundo deprecamur nauiter obtutibus tuis ut suscias parua munuscula nostra et deleaf magna delicta. Amen.

Confirmamus autem hec donatio nostra et coniuramus per sacra uel sacramenta quod si quis nostrum uoluerit confringere hunc donum istum conatus fuerit disrumpere scriptum, sit coram Deo et sanctis suis diuinitatibus ic in futuro anathema perpetua dampnatus, conferatque parti uel ecclesie quantum ab hinc defraudauerit duplatum seu regia partis auri libras bisias quinas, stante autem hanc scripture in perpetua firmitate.

Facta series testamenti VIII idus decembbris. Era DCCCC.<sup>a</sup> LXVIII.<sup>a</sup> Regnante modeste sceptrta paterna domino nostro modestus ac pius Sancius rex uitam in Deo. Ilderetus Dei gratia episcopus segouiente sedis licet inutilis hoc testamentum a me factum manu mea ad Sancte Marie sedis roboratum et confirmatum tradidi et confirmaui.

Dominicus nutu diuino episcopus in Zamora confirmans. Teudemundus sedis salamanticensis episcopus confirmans. Notarius episcopus gratia Dei in Astorica confirmans. Aiubandus abba confirmans.

Uelascus presbiter confirmans. Berulfus presbiter confirmans. Hanni presbiter confirmans. Serenissimus princeps Sancius confirmans. Geluira Deo dicata confirmans. Ranimirus serenissimus rex confirmans. Stephanus abba confirmans. Fredenandus diaconus confirmans. Albanus diaconus confirmans. Abraham presbiter manu mea roboro. Ballelle manu mea roboraui. Zuleiman manu mea roboraui. Scenni manu mea roboraui. Ruderigo manu mea roboraui. Argimiro manu mea roboraui. Aluaro manu mea roboraui. Gratiosa manu mea roboraui. Nunnuz Nunniz (+). Pepi Citiz (+). Fredenandus Ruderiquiz (+). Gundisaluus Ruderiquiz (+). Enneguz Garseaz (+). Fafila Plaiz (+). Oueccus Muniz (+). Sarracinus Ruderici (+). Quecco Sanci (+). Gundisaluus Nuniz (+). Nunnus Aiubiz (+). Didacus Telliz (+). Nunnus Osoriz (+). Ueila Pelaiz (+). Aiub diaconus.

*Tumbo de León, fol. 37.*

## VII

21 de agosto de 974

*Ramiro III y su tía la reina Elvira dan a la iglesia de León el monasterio de Rozola, con sus tierras y con el privilegio de inmunidad en ellas.*

Confirmationis et Kartula testamenti que fecit rex dominus Ranimirus et regina domna Geluira de Rozola.

Sub imperio opificis rerum qui cuncta ex nichilo uisibilia et inuisibilia creauit a quo omnia creata esse uidentur et cui omnia celestia terrestria siue maria deseruunt qui est uerus et unus deus permanentem in trinitate ipsi namque honor et gloria, uirtus et potestas in secula seculorum. Amen. Hanc eos quidem est et ambiguum esse non potest sed ad plurimis omnibus scitum est atque notissimum permanet, eo quod fuit quidam uir nomine Speraindeo, presbiter, qui hedificauit domum adscisterii super crepidinis aluei Estola, ob honorem sanctorum Iusti et Pastoris, in quo enim plurimi monachi sub regula sancti uitam deie- runt subtus idem urbis Legionensem, secus kastrum nuncupatum Ardon, cui nomen dicitur cenobium Rozola, cumque eam obtinuissest iuri quieto dedit eam per textum scripture ad Iulianu presbitero, qui tunc erat palatii domus sequonomorum, quatenus in uita eius hac post obi-

tum firmiter eam obtinuisse, seu et quicquid facere uel cui eam relinquare maluisset in illius potestate iurique licentiam habuisset quem admodum et fecit pluris que adiunctionibus in ea adiuit, domos hedificauit, uineas et terras augmentauit seu et omnibus bonis sub gratia principum eam replete et ad obitum suum ualle copulata illa in manus Danieli presbiteri relinquit. Cumque eam sub regimine suo maneret, suscitatus est econtra Uincensius nomine, qui se dicebat hereditarius esse. Interea in uicem de baccantes deduxerunt eam ad nichilum, donec remansit ibidem quicquam, per quo facta est domus uacua et deserta, seu et inhabitabilis. Transierunt plurimique dies quod per ordine longum est ad ennarrare et loqui usque nunc in tempore scilicet regni principis domni Ranimiri seu gloriosa eius amita domna nostra dominissima domna Geloirae, regina et deo dicata, que uiscera pietatis Domini repleta sicut uniuersalis ecclesia est pia et modesta. Intimatum est auribus suis quicquid in ispa kasa acciderat ingemuit dolens oravit Deum ut talem eligeret Deus hominem qui in ea alico egisset que ad Deum placuisset et ad omnis abta fuisset, hac in memoria priorum defunctorum ibidem pausantium aliquis restaurasset. Tunc sane domno nostro rex domno Ranimiri et domina nostra domna Geloirae, dederunt eam uiro condam Sandino presbitero puri celli pieno que hunc pontificatum sedis huius tenes compto, quam ob rem ex consensu illius et per iussionem domno nostro et domina nostra a quo omnia sub Deo extat et in cuius percepta manentur elegere eam stare sub regimine sedis Sancte Marie Legionensis uel qui episcopi qui ibi successor extiterit et non alio domno abere super se nec alio hereditario set stare eam semper in capite suo, sicut et ceteri monasterii qui sunt in nostras regines (sic). Et per tali actio dedimus eam uiro condam nomine Ariendem, pariter cum sodalibus suis, quibus cum eo uitam consenserint in Christo. Tam isti presentes quam etiam et eos qui post eos de undique partibus uenerint adabitandum ibidem sub religionis tramitatem perseverantes monasticam preceptionem deducentes qualiter sint edificatores et eloquia Dei meditantes et in colomitatem regum et pontificum seu memoria fratribus illius et omnes Christiani siue et pro memoriam domni Sancioni principis, diue memorie, in cuius iussione fuit ipsa kasa possessa ad quidam omnes. Nec non et me illorum famulo. Sisnando, episcopo indigno, sub cuius regimine est missa memor existant, nos quidem de super taxati cum Dei adiutorio sane adiutorio uobis iam dictis fratribus Ariendem cum omnibus nunc et incebs ibidem fuerint perseverantes ut pia domini iussu hac deuotione nostra extitit exigua

obsecramur; et contestamus uobis: in primitus ipsam domus in omnique giro ab integritate, terras, montes, riuulis, molendarias, uineis, pratis, fontes, aquis, aquarum sesigas molinarum cum hereditatibus earum et per terminis suis antiquis de totisque partibus ubique potueritis inuenire; et per tali iussione uobis damus ea ut non intret intus uestro termino de ipso monasterio ferro fixo de rege nec de nullo homine pro nulla calumpnia in nullisque temporibus et contestamus uobis ibi uilla Rebollar in Autarios de Rege ab integro; et in Curuelos ecclesia Sancti Petri cum illa uilla media ab integro; et in Uilla Gundesindus, medietate de ea integra. Omnes has uillas uobis damus cum omnes habitantes in eas uel qui uenerint ad abitandum ibi uestram concurrant iussionem et sic similiter concedimus eas ibi per tale foro ut non intret in eas saione de rege pro nulla calumpnia. Et ipso monasterio concedimus et contestamus uobis eo, ab omni integritate. Et omnes uillas et hereditates siue monasteria que ibi fuerint ganata usque nunc nos confirmamus per istam confirmationem ut inde semper habeant rationem peregrinos, orfanos, aduena uel que in ipso monasterio fuerint commorantes, et nos ante Deum merces copida (sic); ratione uero seruata cum omni imtemptione muniens uos et mentis affectu contestamur ut hunc nostrum datum nullatenus demutet aut uindere uel donare persumat set fideliter obtineatis perheniter possideatis. Nam si, quod absit, aliquis homo hunc factum nostrum infringere conauerit aut dimutare presumperit, in primis uiuens suis careat a fronte luminis et sit extraneus a corpus et sanguis domini nostri Ihesu Christi, ignibusque ultricibus cremetur cum opibus suis. Et cum Iuda Christi traditore lugeat penis et in super post partem regis et ipse monasterio auri talenta II, et quantum inde auferre uoluerit afferat in duplo; et hanc scriptura testamenti stabilis sit per secula cuncta. Notum die XII kalendas augustas. Era XII post M. Ego Ranimirus serenissimus princeps in hanc scriptura testamenti quam elegi roborem inieci. Geloira deo dicata sic similiter. Sub Christi nomine Sisnandus dei gratia legionensis sedem (sic) confirmans. Sarrasinus abba confirmans. Iulianus abba confirmans. Citaius abba confirmans. Ciprianus abba confirmans. Didacus abba confirmans. Adulfus primiclerus confirmans. Iohannes et Zulemam. Sauaricus diaconus et primiclerus confirmans. Froilani confirmans. Didacus Adefonsi confirmans. Fredenandus Uermudiz confirmans. Gomez Didaz confirmans. Nunnus Merellez confirmans. Aznar Puricelliz confirmans. Gundisaluus confirmans. Fernandus Didaz confirmans. Ueila Garseani confirmans. Uelasco Gundisaluiz. Didacus Sarraziniz confirmans. Didaco Muniz confirmans. Furtunius

Garseani confirmans. Ueremudo Ordoniz confirmans. Froila Didaz confirmans. Guterre Muniuz confirmans. Petrus testis. Xabe testis. Xristoforus testis. Iohannes testis. Ademi testis. Citi testis. Mercatarius presbiter confirmans. Seruus Christi Cesarius diachonus notarius exarauit. Orate pro scriptore si Deus habeatis protectorem. Amen.

*Tumbo de León, fol. 232. vº.*

## VIII

*29 de mayo de 987*

*El conde Almundo da al monasterio de San Salvador de Mata Plana las heredades que poseía en los Campos Góticos, con el privilegio de inmunidad que disfrutaba en ellas.*

Testamentus Sancti Saluatoris de Mata Plana quod fecit Almundus Comes.

In nomine tuo Domini qui est miserator, redemptor et pius excelsus patris et filii uidelicet et spiritus sanctus, ante cuius conspectu contremescunt angeli principes et potestates et omnes uirtutes celorum adorant. Tu es deus uiuus et uerus qui super omnia et ante omnia uiuis et regnas per infinita seculorum secula. Domino meo sancto fortissimo in cuius nomine edificatum est monasterium quem nuncupant uulgi Sanctum Saluatorem de Mata Plana in territorio Legionense prope fluminis Estule, contra meridianam partem in inicio Paioli iusta Auctarios de Rege ubi sunt recondite reliquie aliorum multorum sanc torum. Ego Almundus comes, seruus seruorum Dei in hoc loco sancto do atque concedo munuscula parua pro magnis nullius quidem in hoc seculo omnium indigens censu quia per sanctificationem dominus noster Ihesus Christus suo in regno propicius didtat (sic) nos munere et cumulat. Esto domine pro luminariis ecclesie uestre pro stipendiis pauperum, ospitum, peregrinorum atque clericorum. Offero in quid in hoc loco Sancto hereditatem meam propriam quam abeo in Gotibus Campis inter riuulo Sicco et Aratoi prope Auctario de Fumus, ad occidentalem partem Uilla Arnales quam nuncupant uulgi Caurieses. In hanc uilla duas tertias integras, terras, uineas, pratis, pascuis, padullibus, montes, fontes, aquis, aquarum cum eductibus earum, exitus moncium, cessu uel regressum et omnes habitantes in ea uel qui ibi

uenerint ad habitandum, ut ad dominatores ipsius monasterii concurrent iussionem. Omnia, ut iam dixi, sint concessa secundum in iuri meo stetit pacifice. Et ego ante Deum mercedem accipiam copiosam. Sane post hec contesto propinquis meis uel extraneis qui meam oblationem infringere uoluerit; quisquis ille fuerit qui talia commiserit, in primis accipiat iram Dei patris omnipotentis, sit maledictus et condempnatus, et cum Iuda Domini proditore lugeat penas in eterna dampnacione. Et pariat post partem ipsius ecclesie quantum inde auferre uoluerit in duplo uel triplo, in hoc loco et ad partem regis duo talenta auri persoluat. Et hanc kartula testamenti plenam abeat roborem per secula cuncta. Arnen. Facta scriptura IIIo Kalendas Junii Era M<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>. Ego Almundus comes in hanc series testamenti quem fieri elegi et manu roborem inici et sinum + feci. Veremodus nutu diuino et in regno fultus confirmans. Geluira regina confirmans. Sub Dei auxilio Sauarigus legionense sedis episcopus confirmans. Sub Christi nomine Uiliulfus episcopus confirmans. Sub Diuina Uirtute Sebastianus episcopus confirmans. Ueremodus episcopus confirmans. Armentarius episcopus confirmans. Salomonis episcopus confirmans. Pelagius episcopus confirmans. Petrus Iriense sedis episcopus confirmans. Fredenandus Flainic confirmans. Eneagus Menendiz confirmans. Munius Garseani confirmans. Ablael Gudesteozez confirmans. Gutier Garuisca confirmans. Gutier Nuniz confirmans. Suarius Gudesteozez confirmans. Titium Arbaldis confirmans. Pelagius testis. Dominico testis. Ordonio testis. Garsea testis. Iohane testis. Velidi testis. Petrus Diaconus notvit (+).

*Tumbo de León, fol. 126.*

## IX

*17 de abril de 1011*

*Pleito entre el monasterio de Abeliar y el merino de Luna que atestigua la concesión de la inmunidad a aquél en la Villa de Auelgas.*

*Era I.<sup>o</sup> X<sup>o</sup> VIII et quod XV Kalendas maias.*

Orta fuit intencio inter Fredenandus abbas de Sanctorum Cosme et Damiani et eius uicario de Auelgas, Garcia, cum Frumarico maiorinus de Luna et eius uicario, suo germano Elias Sendinis, qui baraliauant homines de Auelgas ut seruirent a domino de Luna. Et abbas Sanctorum Cosme et Damiani et ipse qui Auelgas tenebat de sua manu, dice-

bant quod non debuissent predictos homines seruire nisi ad illo monasterio de Sanctorum Cosme et Damiani et ad suo uigario qui casa de Auelgas tenebat. Et elegerunt, de una parte et de alia, hominis qui exquisisissent inde ueritatem. Et exquisierunt quod de dies de rege domno Ordonio, qui predictam uillam dedit ad supradicto monasterio, numquam seruerunt magis neque a seniore de Luna neque a sagione neque a nullo mandamento de Luna pertinebant. Et adhuc super hoc dedit ille abbat et suo uigario III fratres de illo monasterio qui iurauerunt ad illo maiorino de Luna et ad suo uigario in grande concilio, quod de dies de rege domno Ordonio qui Auelgas incartauit ad Sancto (sic) Cosme et Damiano numquam seruerant ad parte de Luna nec debebant seruire neque a nullo homine, nisi ad abbatem qui monasterium Sanctorum Cosme et Damiani tenuisset, et ad suo uicario qui de sua manu Auelgas tenuisset. Et illos maiorinos de Luna roborauerunt istum placitum quod si magis subposita fecissent de ista baralia tam illos quam aliquis homo qui post partem de Luna eos baraliasset aut testigisset que pectasset C C Cos. solidos et amatasset illam uocem et sit excommunicatus in sempiternum Ego Frumaricus maiorinus de Luna et meo uigario Elias Sendiniz et Onorio iudice et Gudino sagione cum tota voce de Luna hunc placitum roboramus.

Qui presentes fuerunt. Cosmas confirmans. Munino confirmans. Fafila confirmans. Petrus testis. Citi testis. Dominicus testis. Sesguto notuit et confirmans.

*Tumbo de León, fol. 471.*

## X

*22 de noviembre de 1012*

*Munio Rodríguez y su mujer Razel dan diversos bienes al monasterio de Santiago de la ciudad de León y entre ellos la villa de San Esteban, en el territorio de Astorga, con el privilegio de inmunidad que en ella poseían.*

Testamentum quod fecit Munnio Roderiguis ad Sancti Iacobi Apostoli. Inmenso Deo ac domino ineffabile redemptori nostro Ihesu Christo, ante cuius conspectu contremescunt angeli principes et potestates adorant ipse est uerus magnus trinus Deus ubique totum ubique mirabilis qui in trinitate perfecta uiuit et regnat per nunquam

finiendam semper secula seculorum, amen. A me et enim inutile et peccatrix Munnio Roderiquiz una pariter cum coniuge mea Razel salutem a domino semper. Domnos uenerabiles sanctos ac post Deum michi fortissimos patronos nostros sancti Iacobi apostoli et sancti Micaelis arcangeli et sociorum eius cuius archisterium hedicatum est intus ciuitatium et sede Legione ad aulam sancte Marie Uirginis, cuius filium adoratum est in celis; aditio atque concedo in perpetuali honore sedulaque habitatione ad farnulo dei Teomirus abba quasi confessor cum sociis suis in earundem locum comorantes sacerdotes fratribus uel seruus Dei, uilla nominata Sancti Stephani, qui est in territorio astorizense, locum nuncupatum Ualle Sancte Marie hic a Sancto Stephano. Et fuit ipsa uilla de Eicta Seruodeiz et karuit eam ad illo homine domno Munnio pro omicidio que fecit, ipsa uilla cum cortes et casas, cubas et torculares, intrinsecus domorum, ortos, oleros, terras cultas et incultas, arbores fructuosas et infructuosas, uineas, montes, fontes, pratis, pascuis, padulibus aiacentiis et prestationibus cunctisque ad inuentiones exitus quantumque ibi ganauimus et in nostro iure permanxit et uestrum faciat ab omni integritate uobis concedimus cessu regressuque suo, cum homines habitantes in ea uel qui uenerint ad habitandum ad uestram concurrant precepta secundum eam obtinuimus iuri quieto. Et est ipsa Uilla Mesta cum terminos de Uilla Maiore et cum terminis de Graliare; et in Sancti Mametis sua ratione et in Zakardizes sua ratione et in Kapaneiros suas herentias et in Sancta Maria Antiqua terras et uineas. Ista uilla infra istos terminos cum suos mulinos cum aqueductibus suis et habui ea ego Munnio Roderiquiz empta preuiusti (sic) alia uilla quam dicunt Massella ad Munnio Munniuz; et est ipsa uilla inter duos amnes Porme uidelicet Estola et fuit ipsa uilla de genitore meo Ruderigo Muniz, cuius sit memoria eius in benedictione, et ueiga de Graliare damus uobis uno maliolo obtimo que fuit de Teodemiro Ferriz ab integro, et adhuc adicimus uobis ad illo sacro sancto altario iam de super memorato sancti Iacobi apostoli et sancti Micaele Arcangeli et a tibi Teodemirus presbiter et confessus uilla nuncupata Fontes de Algastre cum cortes et kasas et suo barrio ab integro per illo rego qui discurrit inter ambos illos barrios, vt abeat medietate in uita mea. Post obitum ab omni integritate uobis concedimus per locis et terminis suis antiquis: de una parte termino de Fredenando Flainiz, secunda parte terminu de Ualle de Salice, tercia pars termino Graliare, nam et quarta pars karralia qui discurrit hic et ubique. Ipsa uilla infra ipsos terminos includent ipsos cum oinnes

abitantes in ea uel qui ibidem uenerint ad abitandum cum terris, uineis, pratis, pascuis, montes, fontes, aquis aquarum uel ductibus earum, cessu regressuque suo, secundum eam obtinui iuri quieto et abui empta pretio iusto kauallo, uaio per colore, ualente solidos C argenteos ad Iuliano Centiz de Osecca; sic uobis eam concedo ab omni integritate, pro remedium anime mee uel auius et parentibus meis, ut inde abeant subsidium ospitum aduenientium seu peregrinorum egentium uel qui in hoc loco sancto fuerint comorantium sub regula Benedicti patris unde abeamus ante Deum indulgentie pro delictum et ueniam scelerum. Siquis tamen aliquis homo uenerit ad disrumpendum tam ego Munio Ruderiquiz quam uxori mee Razel filiis uel exconsaguineis meis tam regia potestas quam populorum uniuersitas, quisquis fuerit uiuens super faciem terre inquocunque tempus et regnum qui talia comiserit et hunc uotum nostrum infringere uel dimicilare uoluerit sit extraneus a corpus et sanguinis domini nostri Ihesu Christi et in die illa tremenda abeat partem cum Zabule dimersurus in profundum penis inferni et cum Iuda domini traditore abeat penas in eterna dampnatione et insuper anatema marenata. Et a parte monasterii quantum aufferre uoluerit in duplo uel triplo et a parte regis uel cui lex dederit exsoluat auri talenta duo et hunc factum nostrum plenam abeat firmitatem et in perpetuum roborem. Facta kartula series testamenti nodum die pridie idus nouembbris. Era quinquies dena discurrente super millesima. Ego Monio Roderiquiz et uxor mea Razel in hanc kartula testamenti quam fieri elegimus manus nostras roborauimus et coram multitudinem roborem iniecimus et confirmamus.

Virtus Christi protectus Nunus Dei gratie episcopus confirmans. Deo iubante adiutus Xemenus astoricense sedis episcopus confirmans. Munnio Ruderiquiz dux confirmans. Munnio Munniz confirmans. Pinniolo Scemeniz confirmans. Fredenando Flainiz confirmans. Petro Froilaz confirmans. Petro Flainiz confirmans. Fredenandus abba confirmans. Munnio Garsea confirmans. Iohanes Veilaz confirmans. Felix presbiter confirmans. Veila abba confirmans. Felix abba confirmans. Domnus Tannitus confirmans. Sampirus scola regis confirmans. Teudesindus presbiter confirmans. Veila presbiter confirmans. Pater Abraham confirmans. Fratri Vellitus confirmans. Ciprianus presbiter confirmans. Nunus presbiter confirmans. Veremodus rex prolis Adefonsi confirmans. Sampirus presbiter notuit (signo y cruz).